Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tia. & iustitia. & sanctificatio dicitur: Qui enim hec omnia sibi bene uiuen
do acquirit. xpistum proculdubio lucrifacit. uel certe qui frem suum. qui
xpisti est membrum predicando. & bonum exemplum ostendendo lucratus
fuerit. xpm lucrifacit. Beatus enim augustinus ait: Siquid forte peruersi
uideris. corrigere & emendare non cesses. Fac quicquid potes propter sona quā
portas. Noli quiescere lucrari xpm. quia lucratus es a xpo. Nam & secundum
intelligentiam huius scientie qui intellegit sui causa xpistum hominem
factum. passum & mortuum. & amortuis resurrexisse. & in celos ascendisse. spre
tis omnibus que sunt mundi recto cursu cum fuerit secutus ut ipsum xpistū
apprehendat a quo est reprehensus. iste feliciter lucrifacit xpistum. Hinc &
alibi idem apostolus ait: Michi autem absit gloriari. nisi in cruce domini nri
ihū xpi. per quem michi mundus crucifixus est & ego mundo. Non in propa
iustitia gloriari debet monachus. uel in doctrina aliqua. si; in fide crucis xpi.
per quem sibi omnia speratur dimitti peccata. In uicem uero sibi mortui esse de
bent. & mundus monacho. & monachus mundo. & nichil debet monachus con
cupiscere que sunt mundi. nec mundus habere debet quod concupiscat in
monacho. Solus ergo potest in cruce xpisti gloriari. qui tollit eam & sequit
saluatorem. qui crucifigit carnem suam cum uitiis & concupiscentiis. qui mor
tuus est mundo. & non contemplatur ea que uidentur: sed que ñ uidentur
eterna s. De eo qd dni semp a monachis annuncient virtutes.

HIC PETRUS APOSTOLUS AIT: UT LXVIII.
Hi uirtutes annuntietis eius. qui de tenebris uos uocauit mirabile
lumen suum. Sicut enim hi qui de egypta seruitute libe
rati sunt per moysen. carmen triumphale post transitum maris rubri.
& dimersum pharaonis exercitum domino cantarit. ita & nos oportet post
acceptam in baptismo remissionem peccatorum dignas beneficiis celestibus
rependere gratias. & eius semper annuntiare uirtutes. Si uirtutes suas
omnipotens deus taceret: nullus agnosceret. nullus amaret. Virtutes ergo
suas annuntiat. non ut laudibus suis ipse proficiat. sed ut & hi qui hunc
in sua laude cognouerint. ad perpetuam hereditatem perueniant. Id
circo deus laudes suas indicat. ut ualeamus eum audientes cognoscere cog
noscentes amare: amantes sequi. sequentes adipisci. adipiscentes uero eius
uisione perfrui. Hinc propheta ait: Virtutem operum suorum annuntiabit
populo suo. ut det illis hereditatem gentium. Ac si aperte dicat: Id circo
fortitudinem sue operationis insinuat. ut eam qui audierint donis
spiritualibus ditescat. In spiritualibus enim donis proficere est digne do